

dicit Avicenna 9. *Metaph.* c. 2. (1. *Dist.* 12. q. 1. a. 2. ad 1.)

Dicitur 3. *et illud magis*. Hoc potest veritatem habere dupliciter, h. e. vel *formaliter eminenter*, vel *eminenter dumtaxat*. Primo modo contingit, quando perfectio causae, licet analogice conveniat cum effectu, eodem nomine tamen proprie appellatur; ut est ex gr. sapientia Dei et sapientia creaturarum intellectualium. Alio modo habetur, quando perfectio causae non eodem conceptu continetur, nec propterea eodem nomine exprimitur ac perfectio quae est in effectu; ut est ex. gr. Deus respectu perfectionum corporalium. Apposite rursus Angelicus. "Quando causa et effectus conveniunt in nomine, tunc illud nomen magis praedicatur de causa, quam de effectu: sicut ignis est magis calidus, quam ea quae per ignem calefiunt. Quandoque vero causa et effectus non conveniunt in nomine: et tunc licet nomen effectus non conveniat causae, tamen convenit ei aliquid dignius: sicut etsi in sole non sit calor, est tamen virtus in eo quaedam quae est principium caloris." (1. *Poster.* lect. 6.) Cave tamen diligenter, ne hoc pronuntiatum applices iis quae non sunt in eodem genere causae: sic enim non habet veritatem. Sic minime deduci potest, Deum esse a nobis magis cognitum, ex eo quod propter Deum alia cognoscimus. Etenim propter Deum alia cognoscuntur, non sicut propter primum cognitum, sed sicut propter primam cognoscitivae virtutis causam efficientem et exemplarem. Confer Aquinatem (*Summa th.* 1. p. q. 87. a. 2. ad 3.).

INDEX

LOGICA

INTRODUCTIO	Pag. 1
ARTICULUS I. Logicae definitio et partitio	1
II. De intellectuali conceptu notiones praeviae	6
III. Qua ratione conceptus eiusque oralis expressio dicantur signa	11

LOGICA MINOR

CAPIT PRIMUM — De Terminis.

ARTICULUS I. Notio termini logici explicatur	15
II. Partitio terminorum, ac primo de univocis, aequivocis, et denominativis	18
III. Reliquae partitio terminorum recensentur	23
IV. De proprietatibus terminorum	29
V. De praedicabilibus	36
VI. De praedicamentis	42
VII. De divisione dialectica	48
VIII. De definitione	53

CAPUT SECUNDUM — De Enuntiatione.

ARTICULUS I. De enuntiationis natura eiusque partibus	Pag. 62
" II. De partitione propositionum simplicium	71
" III. De partitione propositionum compositarum	78
" IV. De oppositione logica propositionum	86
" V. De aequipollentia et conversione propositionum	97

CAPUT TERTIUM — De Argumentatione.

ARTICULUS I. De natura argumentationis univ[er]se spectatae	102
" II. Structura syllogismi simplicis	108
" III. Generalia principia ac praecepta totius artis syllogisticae	112
" IV. De figuris ac modis syllogismorum	118
" V. De ceteris formis argumentationis	125
" VI. Vitia in argumentatione cavenda	132
" VII. De ratione disputandi	138

LOGICA MAIOR

DISPUTATIO PRIMA — De veritate cognitionis.

SECTIO I. Quid veritas cognitionis et in quo actu reperitur	148
" II. De veritate propositionum singularium de futuro contingente	154
" III. De variis mentis statibus respectu veritatis assequendae	162
" IV. Utrum philosophus debeat aut possit de omnibus dubitare	166
" V. De speciebus humanae certitudinis	174
" VI. De opinione et probabilitate	180
" VII. De ignorantia et errore	188
" VIII. De causis ignorantiae et erroris	195

DISPUTATIO SECUNDA — De causa certitudinis.

SECTIO I. Brevis descriptio facultatum cognoscendi	Pag. 201
" II. De naturali veracitate facultatum cognoscendi	210
" III. Diluuntur obiecta contra doctrinam praecedentem	218
" IV. An existat internum certitudinis criterium	224
" V. Notio evidenter ex mente Doctoris Angelici	232
" VI. Quo pacto evidenter naturalis criterium sit humanae certitudinis	239
" VII. De auctoritate testium univ[er]se ac generatim	249
" VIII. Regulae speciales circa aliorum testimonium attendendae	258
" IX. De sensu naturae communi	265

DISPUTATIO TERTIA — De universalibus.

SECTIO I. Notiones praeviae	270
" II. Utrum universalis in praedicando subdiant universalis in essendo	280
" III. Criticismus transcendentalis	286
" IV. Num sit in re universale, prout huiusmodi, per formalem inexistentiam in singularibus	294
" V. De realismo Platonico	299
" VI. Vera sententia de obiectiva realitate conceptuum universalium	304
" VII. Utrum numerica unitas seu singularitas a natura specifica reipsa distinguatur	313
" VIII. Solvantur difficultates	322
" IX. Quaestiones ceterae huc spectantes breviter perstringuntur	337

DISPUTATIO QUARTA — Scientia eiusque methodus.

SECTIO I. Notio scientiae praefaturae	344
" II. De multiplici demonstrationum genere	353
" III. De principii demonstrationis	363
" IV. De generali partitione scientiarum	376
" V. Quo nexu primariae disciplinae mutuo devin- ciantur	385
" VI. De methodo scientiarum generatim	390
" VII. De dubitatione methodica	396
" VIII. De limitibus scientiae naturalis	402

PHILOSOPHIA PRIMA

INTRODUCTIO Pag. 415

DISPUTATIO PRIMA — De obiectiva ratione entis.

SECTIO I. Quae sit ratio vocabulo entis significata	417
. II. Quo modo notio entis respiciat sua inferiora	423
. III. De axiomatic contradictionis	431
. IV. De ente rationis	441

DISPUTATIO SECUNDA — Generalia entis attributa.

SECTIO I. De unitate transcendentali	446
. II. De identitate et distinctione	454
. III. De distinctione attributorum rei essentialium	465
. IV. De veritate ontologica	478
. V. Boni malique notiones	489
. VI. An et qua ratione ens et bonum reciprocentur	499
. VII. De ordine ac pulchritudine	505

DISPUTATIO TERTIA — De substantia et accidente.

SECTIO I. Notio substantiae et accidentis declaratur	518
. II. Utrum notioni substantiae valor insit obiectivus	529
. III. Num existant accidentia veri et proprii nominis	540
. IV. Enodantur obiecta quaedam contra doctrinam praecedentem	544
. V. De hypostasi et persona	554
. VI. De praedicamento qualitatis	573
. VII. Relationum veritas ac propria ratio	580

DISPUTATIO QUARTA — De potentia et actu.

SECTIO I. Notio potentiae et actus enucleantur	593
. II. Axiomata quaedam huc pertinentia	602
. III. De sinceritate seu puritate actus primo Enti propria	609
. IV. An et qualis compositio ex potentia et actu sit de generali ratione entis creati	621

SECTIO V. Expenduntur obiecta contra doctrinam praecedentem fieri solita	Pag. 633
. VI. De origine internae possibilitatis creaturarum	638

DISPUTATIO QUINTA — De causis in universum.

SECTIO I. Notio causae eiusque genera	650
. II. Propria notio causae efficientis eiusque species	655
. III. Num creaturae sint causae vere et proprie efficientes	668
. IV. De causalitate quae propria est causae efficientis	679
. V. De requisitis ad agendum	690
. VI. Utrum causae secundae operentur operatione identificata cum substantia ipsarum	696
. VII. De principio proximo operationis in creaturis	703
. VIII. De causa materiali et formali	711
. IX. De causa finali	725
. X. Utrum omnia propter finem operentur	738
. XI. Pronuntiata quaedam generalia de causalitate entium	747

THESES

EX LOGICA

I. — *Veritas per iudicium in mente habetur, sicut cognita in cognoscente; in simplicis autem apprehensione inveniri dicitur, vel ut in quadam re vera, vel prout iudicium imitatur* 151

II. — *Propositiones de futuro contingenti formaliter sunt verae, non a causae praesenti dispositione, sed pro eo quod res erit vel non erit sicut propositio enuntiat. Quamobrem, ut in ceteris, ita in istis enuntiationibus, oportet altera pars contradictionis sit determinate vera, altera determinate falsa* 156

III. — *Dubitatio universalis, quam sceptici obtrudere conantur, tamquam bonis moribus ac naturae humanae mentis adversa, est plane reiicienda* Pag. 168

IV. — *Triplex in humana mente certitudo proprii nominis est agnoscenda, specie differens, videlicet Metaphysica, Physica, et Moralis, quarum una alteri praestat* 175

V. — *Duae propositiones contradictoriae possunt esse simul probabiles ita ut una sit altera probabilior. Potest insuper idem intellectus simul opinative tenere propositionem aliquam tamquam veram, eiusque contradictoriam tamquam probabilem vel probabiliorem* 183

VI. — *Falsitas cognitionis, seu deceptio, soli iudicio subesse potest, simplici vero apprehensioni nominis analogice, et in ordine ad iudicium* 191

VII. — *Facultates cognoscendi, quae homini a natura insunt, per se non decipiuntur in propriis obiectis detegendis. Hinc, adhibitis conditionibus, quas sibi singulae exposcunt, sunt media certitudinis infallibilia* 211

VIII. — *Potest humana mens, naturali sua virtute, veri nominis certitudinem obtinere, quae non nitatur auctoritate extrinseci testimonii, tamquam motivo proprio sui assensus* 228

IX. — *Obiectum evidenter apparens menti eam necessario ad se trahit et ad assensum determinat. Hinc I. Impossibilis est dissensus quoad prima intelligentiae principia quae axiomata dicuntur. II. Cognita bonitate illationis, mens nequit non assentiri conclusioni quae evidenter connectitur cum praemissis evidentibus* 240

X. — *Datur certitudo veri nominis, quae non ex ipsa evidentiā veritatis quae certa dicitur, sed ex libera voluntatis electione determinatur proxime et directe, praesupposita tamen evidentiā proprie dictae credibilitatis* Pag. 244

XI. — *Testimonium aliorum multis in rebus norma est plane necessaria, nedum utilis, quam in iudicando et operando sequamur. Quaedam vero contingunt rerum adiuncta in quibus eius auctoritas omni maior evadit exceptione, ac proinde plenam fidem omne prudens excludentem dubium merito exposcit* 254

XII. — *Vulgatae illae sententiae quae ad sensum naturae comminem merito pertinent, sunt plane infallibiles. Minime vero ex caeco quodam naturae instinctu, sed intelligentia ac ratione proferuntur* 266

XIII. — *Nominalium opinatio de universalibus nominibus seu conceptibus, vel secum ipsa non cohaeret, vel certe id efficit, ut scientia omnis inter inanes mentis fictiones amandetur* 282

XIV. — *Critica rationis purae a Kantio excogitata, praeter et contra rationem omnem est, sive in se ipsa spectetur, sive in fundamento cui superstruitur* 290

XV. — *Admissa reali multiplicatione unius naturae in pluribus individuis, istorumque distinctione reali mutua adaequata, fateri oportet, non dari in ipsis aliquid de se ac citra omnem intellectus operam actu formaliter universale. Haec porro multiplicatio ac distinctio certior est, quam ut ab homine sana mente utente in dubium revocari queat* 296

XVI. — *Ideae universales Platoniorum per se subsistentes, a Deo rebusque creatis distinctae, minime requiruntur ad rerum vel scientiae genesim, sed sunt plane commentitiae ac reprobandae* Pag. 302

XVII. — *Natura specifica, secundum absolutam sui considerationem, nec universalis dicenda est, nec singularis: neutrum enim per se convenit tali naturae et utrumque potest ei accidere. Porro natura, sic inspecta, vere praedicatur de suis individuis, quoad id quod concipitur, non autem quoad modum absolutae considerationis quo eam concipimus* 306

XVIII. — *Intentio, seu ratio universalitatis, habet quidem fundamentum in ipsa natura rei intellectae, formaliter tamen inspecta, eidem actu non convenit, nisi secundum esse quod habet in intellectu* 308

XIX. — *Unitas numerica, sive singularitas, qua diversa individua in eadem specie multiplicantur, si formaliter et in se ipsa spectetur, differt quidem a natura specifica in qua conveniunt, nullam tamen efficit realem compositionem cum ea, sed rationis tantum ac virtutem* 315

XX. — *Demonstratio, non solum a priori, verum etiam a posteriori, et, quae ex utraque componitur, regressiva, est plane legitima ac humanae scientiae amplificandae apprime utilis. Perfecta tamen ea solum censeri debet quae sit a priori et propter quid* 355

XXI. — *Iudicia omnia immediate evidentialia adaequate dividuntur in analytica, seu a priori, et synthetica, seu a posteriori. Illa suapte natura necessaria sunt atque universalia; haec vero non item, sed necessitatem et universalitatem non nisi ex aliquo principio analytico in se derivant* 367

XXII. — *Principia communia per se nota iure merito dicuntur axiomata, ut quae constituunt ultimum cuiusque naturalis scientiae ac certitudinis fundamentum. Attamen, ut ex iis fiat transitus ad ordinem actualem, necesse est accedat testimonium sensuum aut conscientiae* Pag. 371

XXIII. — *Inspecta generali distributione disciplinarum humanarum, quinque totales scientiae primariae iure merito recensentur: nimirum Physica, Mathematica, Metaphysica, Logica, et Moralis; quibus reliquae omnes scientiae recte subordinantur* 380

XXIV. — *E quinque primariis scientiis nulla est quae proprie alteri subalternetur. Quod si agatur de subordinatione latius dicta, scientia cui ceterae subsint potest haberi, sub diversa ratione, tum Moralis, tum Logica, tum Metaphysica* 387

XXV. — *Ad scientiae acquisitionem tum analysis, tum synthesis est plane necessaria: prior tamen ad inveniendum, altera ad docendum ut plurimum erit opportunior* 393

XXVI. — *Dubitatio methodica, prout a Cartesio proponitur, probari non potest. Quod si rite intelligatur, legitima est sive respectu conclusionum quae demonstrari debent aut possunt, sive etiam respectu primorum principiorum indemonstrabilium, si de ipsis non veri nominis demonstratio, sed scientifica dumtaxat explicatio seu dilucidatio quaeratur* 398

XXVII. — *Praeter veritates naturali lumine notas, aliae adsunt quae humanae rationis captum simpliciter et per se supergrediuntur; quae propterea ex lumine naturalium principiorum intelligi aut demonstrari minime possunt* 402

XXVIII. — *Praedictae veritates superrationales possunt esse argumentum doctrinae quae ex divina revelatione seu testificatione procedat. Fides porro huic revelationi adhibita rationi contraria minime dicenda est; quin immo eius investigationem et certissime dirigit et efficacissime promovet . . .* Pag. 406

XXIX. — *Saluberrimo plane consilio divina clementia providit, ut ea etiam quae in rebus divinis humanae rationi per se impervia non sunt, divina fide credenda praeciperet, quo videlicet in praesenti quoque humani generis conditione ab omnibus expedita, firma certitudine, et nullo admixto errore cognosci possint . . .* 410

EX PHILOSOPHIA PRIMA

I. — *Notio entis, si consideretur secundum communissimam rationem qua primo a mente concipitur, praescindit quidem a notionibus propriis membrorum dividendum, non tamen sicut genus a suis differentiis, sed solum prout conceptus confusus abstrahit a conceptu expressiori unius eiusdemque rationis obiectivae. Est proinde notio non univoca sed analogia . . .* 425

II. — *Pervulgatum contradictionis effatum merito tanquam primum cognitionis principium habetur, non quasi omnis alia veritas in eo virtute contineatur, vel ex eo proprie demonstrari debeat aut possit, sed propterea quod in omnibus aliis latei implicitum, eorumque veluti formulam generalem exhibet in quam ultimo et indeterminate revocentur . . .* 433

III. — *Attributa seu praedicta rei essentialia in uno eodemque individuo non sunt distincta realiter, sed sola ratione ratiocinata. Distinctio quam dicunt formalem ex natura rei, vel virtutem intrinsecam, in hunc finem a quibusdam excogitata, necessaria non est, sed ficta et impossibilis . . .* Pag. 468

IV. — *Verum et ens convertuntur; quare, in rigore et simpliciter loquendo, nulla res dicitur falsa, sed per accidens tantum ac secundum quid. Sunt autem res verae primario per ordinem ad intellectum divinum; secundario in ordine ad intellectum creatum . . .* 482

V. — *Veritas rerum recte dicitur una, aeterna, ac immutabilis, primo quidem secundum veritatem divinae mentis; deinde, licet diversimode, ratione earumdem essentialium absolute et secundum se consideratae . . .* 485

VI. — *Omne bonum, qua tale, est ens, et vicissim. Hinc malum, formaliter spectatum, non est res positiva, sed privatio . . .* 499

VII. — *Malum, prout huiusmodi, est in bono, tanquam in subiecto. Procedit etiam a bono, tanquam a causa efficiente, non quidem per se, sed per accidens tantum . . .* 503

VIII. — *Veritas est communi naturae sensu, ac evidenti demonstratione comprobata, causam per se efficientem ordinis, prout ordo est, non esse aliam nisi intelligentem vel ab intelligente directam. Quare quo universalius est ordo ac magis constans, eo priori exigitur iure, ut ad intelligentiam, tanquam ad proportionatam eiusdem causam, recurratur . . .* 511

IX. — *Id quod pulchrum dicimus, quae tale, nequit haberi tamquam lex seu typus intelligentiae mere subiectivus, sed ratio est ontologica atque obiectiva; eaque potissimum consistit in debita proportione entis in suo genere simpliciter perfecti cum idonea lucis claritate ac suavitate* Pag. 513

X. — *Substantiae notio realis est atque obiectiva, eique respondet ipsa essentia seu quidditas secundum quam res habet esse primo et simpliciter* 530

XI. — *Distinctio communiter recepta apud veteres doctores scholasticos inter substantiam completam et incompletam, legitima est ac plane necessaria, quo naturalis rei compositio secundum esse substantiale, non verbo temus duntaxat, sed reipsa probe intelligatur* 532

XII. — *In rebus creatis, praeter substantias, dantur accidentia realia, vere et proprie eiusmodi, quae propterea sunt vera res positiva a substantiis reipsa distincta* 541

XIII. — *Perperam docuere nonnulli, personalitatem nihil aliud esse, nisi conscientiam sui. Contra, omnino retinere oportet personae definitionem communi calculo receptam, et a Boethio traditam, nimirum: PERSONA EST RATIONALIS NATURAE INDIVIDUA SUBSTANTIA* 560

XIV. — *Ratio formalis hypostasis, seu personae, negativae quidem concipi aut explicari potest, perfectionem tamen exhibet reipsa positivam. Tametsi porro cum Angelico Doctore naturam ac personam non solum conceptu, verum etiam, si de creaturis agatur, certo quodam sensu reipsa differre fatemur, haec tamen distinctio non eo spectat,*

ut formalem subsistendi rationem seu actum explicemus per formam seu modum substantialem a natura et esse substantiae creatae reipsa distinctum eique superadditum Pag. 565

XV. — *Dantur extra mentem verae relationes reales, eaeque tum essentialis seu transcendentales, tum accidentales seu praedicamentales* 582

XVI. — *Si fundamentum, unde praedicamentalis relatio proxime resultat, adaequate spectetur, ipsa ab eo non distinguitur nisi sola ratione* 586

XVII. — *Relatio rationis non uno modo contingit, sed multiplex est ac diversa. Eiusmodi porro censeri debet relatio quaelibet Dei ad creaturas* 589

XVIII. — *Prima rerum causa efficiens, utpote simpliciter prima in ratione entis, est ipsum ESSE PER SE SUBSISTENS, a quo cetera omnia suum esse participant. Est propterea actus purissimus, simplex omnino, et absolute in perfectione infinitus* 610

XIX. — *Notio absoluta infiniti cum notione entis absolute perfecti reciprocatur quidem, ab ea tamen formaliter differt. Utraque vero cum notione, sive totius, sive entis in genere, nonnisi imperite confunderetur* 615

XX. — *Doctrina quae tenet: IN OMNI RE QUAE PRAETER DEUM EXISTIT, ESSENTIAM SECUNDUM QUAM IN GENERE ET SPECIE CONSTITUITUR, CITRA MENTIS PRAECISIONEM DISTINGUIT AB ESSE QUO ACTU SISTITUR IN SEIPSA ET EXTRA SUAS CAUSAS: — I. Est procul dubio tradita ab Aquinate; — II. Satis idonea videtur, quo contingentia rerum creaturarum vindicetur; — III. Et ipsarum interna compositio secundum esse sive accidentale sive substantiale penitus intelligatur* 625

XXI. — *Possibile absolutum, prout huiusmodi, formaliter si consideretur, physice nihil est actu; continetur tamen intra latitudinem entis realis, h. e. non ficti nec chimærici* Pag. 639

XXII. — *Interna creaturarum possibilitas non pendet ab eorundem existentia, aut ab humano intellectu, h. e. non ideo creatura est possibilis, formaliter et absolute loquendo, quia actu existit in natura rerum, vel actu ab humana mente intelligitur* 641

XXIII. — *Absoluta creaturarum possibilitas a divina potentia seu voluntate non pendet, sed in divina natura ultimo fundatur* 642

XXIV. — *Praeter activitatem primi agentis, necesse est admittere veram activitatem etiam causarum secundarum. Quocirca res creatæ, sive spirituales, sive materiales, non sunt merae occasiones effectuum quos communis hominum sensus eis attribuit, sed causæ vere efficientes* 670

XXV. — *Nulla causa quidquam efficit, nisi vel sit præsens rei in quam agit, vel agendo in proximo actione quæ per intermedium continetur. Non datur proinde actio in distans* 692

XXVI. — *Nulla creatura habet operationem quæ unum idemque sit reipsa cum sua substantia. Probabilius autem videtur, omnem cuiuscunque creaturæ actionem in eo subiecto recipi in quo recipitur formalis terminus ipsius* 697

XXVII. — *Potentia quæ sunt principia proxima operandi in rebus creatis, non sunt ipsa substantia eorundem, sed accidentia propria naturali resultantia seu dimanatione substantiæ superaddita* 706

XXVIII. — *Quandocumque aliquid ceram mutationem subit, necesse est duplici eaque interna et proprie dicta causa coalescat, materiali nimirum et formali. Utriusque porro propria causalitas non consistit in aliqua actione unius in aliam, sed in mutua communicatione propriæ realitatis per immediatam unionem utriusque* Pag. 713

XXIX. — *Praeter intrinsecam, datur etiam forma extrinseca, quæ ut vera causa concurrat ad rei effectiorem. Est porro duplex, pro eo quod agens ex natura vel arte operatur* 720

XXX. — *Ex ipso modo operandi causarum naturalium perspicue elucet, eas non casu fortuito moveri, sed alicuius finis obtinendi gratia* 740



V. Imprimatur.
Taurini, 6 Maji 1886.

JOSEPH RE Prov. Gen.

ERRATA . CORRIGE

Pag. 28, lin. 34 . . .	praedictum	praedictum
" 30 " 6	alteram	alterum
" " 36	praedicta	praedictata
" 37 " 38	humanitate	humilitate
" 57 " 6-7	2. Dist. 2. 7. ad 9	2. Dist. 27. ad 9
" 71 " 11	omogenea	homogenea
" 75 " 3 (p ^o to)	exibetur	exhibetur
" 82 " 16	et si dicas	ut si dicas
" 109 " 9	pedetentum	pedetentim
" 119 " 34	quadrupliciter	quadrupliciter
" 138 " 22	praedictum	praedictum
" 169 " 90	definita sunt	definitae sunt
" 169 " 10	facendum	faciendum
" 170 " 7	librum	libram
" 176 " 33	reipsam contigisse	reipsa contigisse
" " 36	quo modo utor	quo modo utor
" 211 " 3	eo obtinendo	ei obtinendo
" 222 " 11	phenomenis	phenomenis
" " 34-35	testimonium conscientiae	testimonio conscientiae
" 226 " 10	sentienti	sentienti
" 229 " 14-15	sentientiam	sentientium
" 242 " 25	obviare	obviari
" 248 " 19	evidentia	evidentes
" 290 " 3	(222)	(229)
" 328 " 13	(366) (32)	(365) (22)
" 379 " 18	vero observa	vero observa
" 462 " 17	dihcedep extractat	dihcedep extractat
" 462 " 28	synonima	synonyma
" 494 " 9	illam	illud
" 508 " 7	effectum	effectum
" 528 " 11 (modo)	essentiae	essentiae est
" 542 " 14	res substantialia	rei substantialia
" 550 " 10	natura et supposito	naturae et supposito
" 579 " 5	ipsae fieri	ipsae fieri
" 592 " 8	q. 7. ad 8	q. 7. a. 8. ad 4.
" 684 " 24	distincta ab essentia	distincta ab existentia

